



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exorcismorum

Eynatten, Maximilien de

Antverpiae, 1626

Benedictio Salis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40734

nis vires reprimis: qui inimici rugientis sæ-
uitiam superas: qui hostiles nequitias po-
tenter expugnas: te Domine trementes &
suplices deprecamur, ac petimus: ut hanc
creaturam salis & aquæ dignanter aspicias,
benignus illustres, pietatis tuæ rore sanctifi-
ces: ut vbi cumque fuerit aspersa, per inuo-
cationem sancti nominis tui, omnis infesta-
tio immundi spiritus abigatur: terrorque
venenosæ serpentis procul pellatur: & præ-
sentia sancti Spiritus nobis misericordiam
tuam poscentibus, vbi que adesse dignet.
Per Dñm. in unitate eiusdē Spiritus sancti.

Benedictio S A L I S.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine
Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram.

Vers. Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spi-
ritu tuo. *Oremus.*

Domine Deus, Pater omnipotens, qui
hanc gratiam cælitus sali tribuere di-
gnatus es, ut ex illo possint vniuersa condi-
ri quæ hominibus ad escam procreasti, be-
ne dic hanc creaturam salis ad effugadum
inimicum, & ei salubrem medicinam im-
mitte, ut proficiat sumentibus ad animæ &
corporis sanitatem. Per Christum Domi-
num nostrum. *Resp.* Amen.

Et aspergat Aqua benedicta.

Bene-